

dito imaginum Christi, quas Nicodemus fecit; praecipue tamen auctor Supplementi Chronico- rum (L. 8) affirmat, quod ille clavos, lanceam, ac linteamina, et passiones Christi instrumenta diligenter servavit, et ad exemplar imaginis Christi in linteaminiibus sepulchralibus impressae, ipse Christi imaginem exculpit, quam imaginem quidem esse voluit eam, quae nunc in civitate Luceis, maxima confluentium frequenta, colitur: etenim Mallovius (de frat. stigm. synd. Christ. cap. 2. num. 15) refert, quod quidam Episcopus e Gallia praedictam imaginem in navigio deportavit, multis cum luminariis, sed sine ullo custode divinae providentiae illam commisit, quae navis ad Lucensem portum devenit; tuncque per angelum admonitus Lucensis Episcopus, imaginem curra magnifico imposuit, locumque sibi ipsa imago inventi Lucae, ubi magnifico templo extracto, singulari pietate, ut diximus, colitur. Habemus deinde ex antiquis historicis, Silvestrum Papam imagines Petri, et Pauli, quas apud se habebat, Constantino Imperatori ostendisse, quibus ille cognovit eodem esse, qui sibi in visione apparuerant: ita refert Nicephorus (l. 7. hist. cap. 33), et in edicto Constantini, quod (in l. Ion. Conced.) habetur, ubi etiam dicitur eodem Silvestrum, et Constantinum, variis aedificatis templis, in eis nullas imagines possuisse, quas sequentes Pontifices imitari sunt, ut ex Damaso, Platina, et aliis, qui vitas Pontificum scripserunt, constat: meminit etiam Eusebius (l. 1. hist. cap. ult. et l. 7. cap. 14) imaginem Petri, et Pauli, quibus fere a principio Ecclesia Romana usa est.

Patet haec eadem traditio ex antiquorum Patrum scriptis, Dionysii, Athanasii, Basilii, Chrysostomi, et aliorum, quorum testimonia in 7. Synodo (Act. 3. 4. 5) magna ex parte referuntur: plura etiam congressit Damascenus (orat. 1. et 3. de imag.), qui etiam (lib. 4. de fd. cap. 16): *Statuas, inquit, Sanctorum erigimus, et visibiles imagines. Et Augustinus (lib. 10. confess. cap. 34) reprehendit pietras, quando in eis non servatur usus necessarius, et pia significatio: et (lib. 1. de cons. Evang. cap. 10) satis significat, suo tempore fuisse in usu imagines Petri, et Pauli; et (lib. 20. contr. Faust. cap. 73) idem habet de imagine Abrahae, filium sacrificare volentis (lib. 5. contr. Julian.). Similia docet de imaginibus Adae, et Evae Gregorius (l. 9. epist. 9). Hanc eandem traditionem, et consuetudinem Ecclesiae probat multissimus usus imaginum, qui semper viguit in Ecclesia; nam in secunda aetione secundae Synodi Nicaenae epistola Synodica Aediani Pontifici Romano ad Constantinum Imperatorem, et Ireneae eius matrem, inter cetera in haec modum ait: *Hi Principes Apostolorum sunt, Petrus, et Paulum intelligit, qui catholicam orthodoxam fidem suscipi per scripta vident, veluti legibus latis, fidem suam servandum praecerunt, omnibus scilicet qui in sedes illorum successuri erant, et in fide eorum usque ad consummationem saeculi permansuri, atque sola nostra servat Ecclesia; et sanctas eorum figuras veneratur. Unde in hunc usque diem venerandis horum imaginibus ecclesiae nostrae or-**

*notae ac conspicuae sunt; quemadmodum sanctissimus, et beatus Papa Silvester in principio Christianorum nostrorum, orthodoxa fide testatur. Callistus III in quodam diplomate, quod in Ecclesia Caesaraugustana asservatur, et Vascaeus in Annalibus rerum Hispan. et noster Pineda (in Monarchia lib. 10. cap. 2. §. 4) meminerunt camerae angelicae, quam fabricavit d. Iacobus, a quo tempore extat imago Dei Genitricis posita super basim Petream, in qua Deipara apparuit b. Iacobo Apost. et cardinalis Iacobus de Viliaco (in suis Orientali hist. cap. 44), nec non Raphael Volaterranus (lib. 11) commemorant aliud saeculum a divo Petro extractum, in honorem Dei parentis, in quo locata erat eius imago. Nicephorus (lib. 15. cap. 14) tradit Pulcheriam Augustam templum condidisse Constantinopoli, in quo religiose locavit effigiem Deiparae, a s. Luca depictam, quam e Hierosolymis ad eam miserat Eudoxia; Tertullianus (in l. de pudice ante med.) his testatur, in sacris basilicis Ecclesiae catholicae depictam fuisse Christum in forma pastoris oberrantem suis humeris ovem reportantis ad ovile. S. Damascus in vita Silvestri scribit, Constantinum in loco, ubi fuerat baptizatus, posuisse agnum, et auro purissimum, ad dexteram agni statuum argenteum Ioannis Baptistae. In Ecclesia autem ipsa Lateranensi possuisse imagines argenteas Salvatoris (Apostoli duodecim), et angelis quatuor. In 7. Synodo (Act. 4) refertur, quemadmodum discipuli s. Epiphani templum Epiphaniae exedernat, quae imaginem eiusdem in eo posuerunt: d. Athanasius in libello de passione imaginis Domini nostri Iesu Christi, qualiter crucifixa est in Syria, in urbe Beryto, ait: *Postquam curati sunt, per unctionem sanguinis, quae erat imaginis fuerat, cuncti, qui aegritudine debebantur, curantur omnis multitudo Iudaeorum ad domum s. Ecclesiae; quae in eadem urbe erat, ubi et Metropolitanum invenierunt, cuius probatum est stigmis, se percussos, et graviter deliquisse, magis coribus favebantur: is eum ab eis perquireret omnem rei veritatem, sanctam Iconem Domini Salvatoris eiden demonstrans, annuicaverunt, cuncti, quae in ea exercebant, et qualiter ab ictu lanceae sanguis, et aqua emanavit ex latere ipsius, nec non et de mirabilibus ab ea ostensis: ipsi referunt per ordinem: ille vero interrogant qualiter Icon ipsa ab eis fuisset reperta, et si ab aliquo eam accepisset, et illi retulerat, et quod quidam Christicola, per oblivionem, in cellula Synagoga prostrata, dimisisset eandem Iconem: tunc se ad alium locum transferret, hospitium gratia, qui statim subter inquiri, et reprobis, in praesentia Domini Metropolitanus statatur: remane ab eo studiosissime fuisset interrogatus, quomodo Icon apud se deventisset, vel a quo tam mirabiliter posita esset, respondit dicens, quod Nicodemus, qui ad Iesum nocte venerat, propriis manibus eam composuisset, et mortem Gaiabarii tradidisset. Gaiabarii autem doctoris Gentium Pauli magister: cum diem sibi eerneret adesse extremum, Iacobo eam reliquit, et Iacob Simon, et Simon Zachaeo, et sic per successiones temporum in Hierosolyma perduravit usquequo sub-**

*versio illius urbis patrata est, quadragesimo et tertio anno post Ascensionem Domini ad caelos; sed biennio antequam Titus, et Vespasianus eandem subverterent Urbem, admoniti sunt a Spiritu sancto fideles, atque discipuli Christi ut relicta urbe ad regnum se transferrent Agrippae regis, quia ipse tunc Agrippa Romanis foederatus erat. Qui egressi ab urbe, omnia, quae ad cultum nostrae religionis, vel fidei pertinerent, delantur, secum auferentes in has regiones se transferunt: quo tempore etiam Icon, cum ceteris rebus Ecclesiasticis, deportata, usque hodie in Syria permansit, quam ego, ipse a parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, in re haereditario usque nunc possedi. Haec certa et manifesta ratio est de Leone sancta Domini Salvatoris, qualiter de Iudaea in Syria partes devenit. D. Basilus (orat. in S. Barlaam, in fine) in ipsa eunctione ostendit imaginem s. Barlaam alicubi in templo depictam, et ait gaudere se, quod melius pictores expresserint nam eius, pro Christo combasiam, quam ipse oratione descripsit: *Ab eo, inquit, fortium martiris sanctorum pictura, a vobis superatius, gaudio, tali vestrae fortitudinis victoria, hodie videtur. Videro manus ad ignem luctum exactius, a vobis descriptam, video luctatorem in vestra imagine illustri depictum. Eodius (lib. 2. de mirac. S. Stephani) scribit, in Ecclesia, ubi reliquiae s. Stephani servabantur, fuisse quoque imaginem eiusdem Martyris depictam, ad quam visendam frequentes homines concurrere soliti erant. Et d. Damascenus (l. 3. de fide ca. 17) aperte docet, cultum crucis, et imaginum, esse Apostolicam traditionem; quae omnia cum ita sint, revocae quaeso in memoriam verba d. Pauli (2. ad Thesal. 2.): *Ecce fratres stult. et tenete traditiones nostras, quas edocui estis, sicut per epistolam, etc. et (1. ad Cor. 11): Laudo eos fratres, quia per omnia mei meministis, et sicut tradidi vobis, traditiones tenete.***

§. VI.

EX MIRACULIS VALDE AUTHENTICIS.

Illud sane mirifice adstruit et constabit veritatem catholicam de cultu et veneratione imaginum, quod Deus propter carum cultum solitus est stupenda miracula patrare. Certum autem est, auctorem veritatis non posse miraculis approbare mendaciam, et supersitionem; vera autem fuisse haec miracula nemo assequi ingenti temeritate inficiari potest, cum illa referant sanctissimi Patres, Damascenus (orat. 1. et 3. de imag.), Athan. (de Passio.), imo et 7. Synodus (Act. 4. et 5), et alii permulti, quos molestum esset percurrere: solum ad exemplificandum nonnulla illorum, quae illi commemorant, hic apponam. Ex antiqua traditione habetur, mulierem illam, quam Christus a futu sanguinis liberavit, in memoriam tanti beneficii, imaginem sen statuum Salvatoris Caesareae crevisse. Refert id Eusebius (lib. 7. histor. capit. 14), ubi addit iuxta illam imagi-

nem nasci solitam herbam, quae cum primum sibiriam imaginis attingebat, similem morbum curabat. Quam historiam recipit etiam diela 7. Synodus (3. in epistol. Germani Patriarchae Constantinopol. circa finem), eiusdem meminit Nicephorus (lib. 6. hist. cap. 15), et Damascenus (orat. 3. de imaginibus circa medium), et Theophylactus (sup. Matth. 9). Indicat aulem Ambrosius (lib. de Salomone ca. 5), mulierem illam fuisse Martham, quod ex Eusebio colligi non potest; solum dicit, ex illa civitate Caesareae fuisse occidam, et praeforibus domus suae illum statuum aeneam possuisse. Addit Sozomenus (lib. 5. hist. cap. 20) de eadem imagine aliud miraculum, quod videlicet, cum Iulianus Apostata statuum Christi inde amovisset, et suam in eodem loco possidet, mox ignis de caelo statuum Iuliani dispersit, et caput a reliquo corpore dividit, plane ad eum modum, quo olim accidit idolo Dagou (1. Regum 5); d. Athanasius (de Pass. imag. Doct. capit. 2) refert, effigiem Salvatoris, a Nicodemio fabricatam, cum a Iudaeis, sacrilego ausu fuerit percussa, sanguinem emissa, cuius rei mentionem faciens 2. Synodus Nicaena (act. 4) ait: *Imaginis latere exivit sanguis et aqua. Deinde Evagrius scribit (lib. 4. histor. ca. 26), Procopius (de bello Persico, Zonaras (tomo 3. annalium in Roma Lucept.), Ioseph Covarr. (lib. 4. var. resol. capit. 17. nu. 11), et Nicephorus (l. 2. hist. c. 17. et l. 17. c. 16), quod Eleesna civitas ab imagine Salvatoris, quam Iulio impressam Abgaro miserat Christus, saepius ab incendio fuit liberata; imo et Romae Lateranensis (tholis, tribunum appellat alii, in quo Salvatoris imago, quae Romano populo apparuit, adhaesit scilicet ab incendiis exarstone, quae reliquum Ecclesiae corpus collagavit, immunes servata fuit.*

Per effigiem etiam Christi Domini in sacra Synode impressa, quae Turoni asservatur, quae miracula fuerunt patrata, monumenta extant atque testimonia omni exceptione maior; illud tamen singularissimum referam, quod mediis cineta singulis quodammodo ardeus non comburebatur; cuius quidem miraculi magnitudinem, et praestantiam, quoties necum ipse factus contempletur, lotus mystici Iulianus rabi memoria obrepit, qui Moysi non sine summa admiratione ardere videbatur, nec tamen absumi (Ezod. ca. 3). Circa hoc miraculum haec declarabuntur, quo tempore, et qua grave acciderit incendium; cum cur sacra Synodus non exarsit, indicabitur. Ut igitur tanti incendii fideliter explicetur atrocitas, describatur hoc loco, quae memoriae prodidit de S. Cappellae exarstone Pugnosis: ita enim scribit in sua Evangelica Synode: *Seci dira bellorum praesaga ann. 1532. demonstrata sunt, cum b. Agnus Decemb. Barbara, Virginis festo die, nocte media non illabente illud incellum, in quo Synodus reprobatur, flammis incognitis exarsit. Currebant omnes, sed omnium diligentissimus, Hilbertus Lambertus ducis a claribus et consiliis, adscito secum ferrario fabro Gulielmo Fusso nomine, et Franciscanis duobus imperitito antimo, per medios ignes gradiuntur, can-*

cellos ignitos arae maxime affixos, ferasque infringunt. Sydonem, iam liquefacta capsula argentea, extrahunt, et integram, cedente circum flamma, reportant. Effusus ignibus grassabatur incendium, absumentur marmora, et columnae, sed potentiore piorum hominum fide, vique numinis superata est ignis natura: fugiebant flammam, et qui putabantur arsiuri, veluti frigido rore perfundebantur, sequae ipsos sunt admirati, veluti illis quondam Hebraeis pueris contigisse credimus. Istud quidem palam omnes vidimus, tunc enim aderant, et obstupimus: nec multo post Sydonem representata est integerrima, praeterquam, extra tamen iconis partes, in complicatura exiguae quaedam combustionis notae, veluti perpetuae miraculi testes remanserunt; haec ille.

Verum diligenter percontanti, cur in tam gravi incendio Sydonem non contlagrarit, video tres potissimum assignari posse causas: alteram quidem quod exarsionis eius ignis verus non fuerit, sed apparens tantum aut fictitius, qualem ignem fatuum vocat Aristoteles; vel qualem Servii Tullii, in ineanibus provolvi, caesariem leniter obremsasse, memoriae prodidit Tit. Livius (*decad. 1. lib. 1.*); aut qualem Aescanii pueri comas lambentem, Virgilius (*2. Aeneid.*) sic describit:

Oritur mirabile monstrum,
Namque manus inter, moestorumque ora parentum,
Ecoe levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactaque inania molli
Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.
Nos pavidi trepidare metu, cernemque flagrantem
Kcontere, et sanctos restinguere fontibus ignis.

Eodem flammæ genere maximam coenobii partem conflagrare opinabantur s. Benedicti eruditioni commissi Monachi, cum eos meta maximo trepidare, ac sollicitos aquas exhaurire, aequisque flammam restinguere, conspexit Benedictus, diabolice versutia cognita, non tam fallaces flammam, aquis extinguendas, quam fallaciae auctorem diabolum crucis signo fugandum, cognovit: fugato enim daemone, statim fideae exarsionis metus evanuit. Verum in atroci hac conflagratione, non fictas, aut apparentes tantum flammam, sed solidas, realesque, ut ita dicam, exarsiones, et solum argenti, marmoraque in cineres redacta, reliquaque etiam s. Cappellae monumenta combusta, testata sunt. Haec igitur vera causa non fuit, alia ergo quaerenda. Altera assignari posset, si quis diceret, quam peracute perspexit auctor, Sydonem ex re minime exarsionis apta, esse confectionem, quales est linum illud, quod, Plinio auctore, vium, sive altheinum, et amiantum appellatur: eo enim lini genere contextas mappas ardentem in focis, illaesas tamen se prospexisse testatus est Plinius (*lib. 19. c. 1.*), Ioan. Baptista Porta (*libro 2. Magiae natur. cap. 10.*) Dicitur autem amiantum linum, ex amianto lapide, quo in fila resolutum, pannus textitur, cuius adminiculo, paucis quibusdam additis, docet idem Ioannes Baptista Porta, eo loci igne praeservari quaedam ne laedantur ab igne: hoc lini genere descri-

bit Damasus Papa (*in suo Pontificati de consuet. Eccles. Lateran.*), annexum aureum agnum pondi librarum 12. Lateranensis Ecclesiae a Constantino donatum; sic dicens: *Ex stipa, alii ex stupa, amiantum, annexum ex auro purissimo fecit Constantinus pensantem libras duodecim.* Et Anastasius Bibliothecarius relatus in tom. 1. Conciliorum in Sylvestro, variis pretiosissima describens munera a Constantino Magno donata Ecclesiae Lateranensi, inter cetera sic scribit: *In medio fontis columna porphyretica, quae portat phialam ex auro purissimo pensantem libras quinquaginta, ubi ardent balsami librae ducentae, annexum ex stipa amiantum habentes. De quibus lege Pancianium, et Baronium cardinalem.*

Neque vero omnino censuerim incredibile, si ea vera fuerint, quae igne non absumentur, qualia sunt adamas, aut aelytes lapis, alio nomine gagates dietus; quin potius tantum adest, ut calazias gemma grandine colore, dicitur tamen adamantina, igne absumentur, ut ne igne quidem calescat. Fateor, et me In teamioa quaedam, ardentis filit aqua, ita exardescencia concupisse, ut tamen non comburentur; imo hominis manus, ardentis aqua perfusas, absque ullo sensu, aut dolore colligrare, vim ipsam flammarum ardentis aquae raritate enervante. Haec ergo ratione, sacram Sydonem tanquam exarsionis minime aptam, ad incendio fuisse servatam, quis dixerit? ac falsae responsionis commentum partes ipsae Sydonis flamma consumptae evincunt. Vera ergo addatur causa, ac miraculum summum agnoscat. Denique potestas, et magnificentia praedictae: ea enim ratione Sydonem servavit innoxiam, qua rubrum in flamma, tres pueros in fornace combustis fanibus ac vituculis: si enim ingens Paganorum multitudo eximiam Dei providentiam, pietatemque cognovit, cum sanctae Agathae velum, flammis iniectum, intactum tandem innoxium receperunt; ita nos quoque in sacrosancta servanda Sydone Dei magnificentiam agnoscamus, ac pietatem commendemus, qui sacro suo cruce ad passionis suae in nobis memoriam conservandam, Sydonem obsignavit, atque ad suae in nobis charitalis ostensionem in mediis ignibus eandem servavit intactam. Quod si ad miraculi veritatem comprobendam, Sydonem aliam in parte ignibus tangi, aut laedi etiam passus est, sacrum tamen imaginem, quae eius eximia in nos clementia fuit, nec laedi, nec tangi passus est. Iam vero in magno hoc miraculo magnum agnoscamus mysterium, quod Dens sacrum hoc vestimentum, passionis suae sanguine signatum, aliqua in parte comburi passus est, ut Isaiae vaticinium impleteret, quod dicitur (*cap. 9.*): *Vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, et cibus ignis: parvulus enim filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius.* Scribit etiam Beda (*lib. de locis sanctis cap. 5.*) in sudarium, quod fuit super caput Iesu, ita enim sanctam Sydonem nominat, sua aetate a Maiuvia Sarracenorum rege, aversum grandem pyram fuisse iniectam, nec tamen combustum, sed veluti

raptum, in sublime evolasse, et in summo aere diffusissime, quasi lulsitans, detentum, tandem cunctis insipientibus, leviter in cuiusdam Christiani sinum penetrasse; et ideo totum populum christianum summa veneratione illud salulasse, et osculatum fuisse.

His omnibus adnecto miracula, ad imaginem Deiparae patrata; quae tamen, si omnia prosequi vellem, in immensum abiret oratio, solum tibi in memoriam revoco, quod Iulianus Apostata, mandato Dei Genitricis, ad preces sancti Basilii coram eiusdem imagine fusas, a sancto Mercurio hasta confosus fuit, et ut verbis utar Nazianzeno (*orat. in Iulian.*): *Lethale certe orbique universo salutare vulnus accepit: quam historiam divus Damascenus (orat. 5. de imagin.) refert in haec verba: Quod autem imaginum institutio non nova, sed prisca sit, et apud sanctos, et eximios Patres nota, et usitata, discite ex his, quae in vita beati Basilii ab Hellaio eius discipulo, in Pontificatuque successore conscripta sunt. Pius enim vir, ut ipse narrat, Dominae nostrae adstabat imagini, in qua Mercurii etiam celebris martyris figura descripta erat: adstabat autem supplicans, ut impius Iulianus tolleretur, ex qua quidem imagine dicitur, quid esset eventurum: vidit enim martyrem ad ex quo tempus obscurum, id est, ut recte interpretatur Billius, ab oculis suis ecaneentem, non nullo autem post hastam cruentam tenentem, haec apud Damascenum ex Hellaio. Sancta Hedwigis ducissa Poloniae, ut in fine eius vitae ppe Sudurium 15. Octobris habebat, crebro imaginem quandam Deiparae apud se ferre vivens solebat, et cum ea tumulata est: quae tribus digitis sinistrae manus moriens, ita eam strinxerat, ut commode ea avelli non posset, sed anno 1268, post 25 fere annos ab eius obitu, reserato sepulchro, cum ossa sacri corporis transferenda elevarentur, consumptis carnis, et membrorum compage soluta, tres illi digiti inventi sunt prorsus integri et incorrupti, et intra illos imago Deiparae: cerebrum quoque inventum est recentissimum, et ex capite liquor instar olei suavissimi odoris erumpebat: quae amore ac devotionem eius erga Virginem, Deo maxime gratam fuisse testabantur. Ad hoc profero singularem historiam ex narratione Abbatis Theodori Eliotae apud Sophronium (*in Prato Spir. cap. 45.*) cuius illa sunt verba: Dicebat Abbas Theodorus Eliotae, quod fuerit quidam inclusus in monte Olearum certator maximus; impugnavat autem illum fornicationis spiritus: die vero quadam cum instaret illi vehementer, coepit utiurare senex, et dicere daemone: quandiu non dimittis me? recede iam a me, qui mecum consenuisti. Apparuit daemone visibiliter, dicens, iura mihi, quia nemini dices, quod tibi dicturus sum, et te non impugnavo. Turbavitque illi senex, dicens, per inhabitantem in altissimis nulli dicam, quae mihi dixeris: tunc ait illi daemone: Noli adorare hanc imaginem, et ultra te non impugnavo. Habebat autem haec imago expressam figuram Dominae nostrae sanctae Dei Genitricis Mariae serenam Dominum nostrum Iesum Christum. At inclusus daemone: Dimitte me, ut deliberem. In crasti-*

num autem hoc significavit ipsi Abbati Theodoro Eliotae, tunc habitanti in Lauria Pharam, narravitque illi omnia: senex autem ait recluso, vere Domine Abbas illusus es qui iurasti daemone; verumtamen bene fecisti haec revocans, minus malum tibi esset, nullum in illa urbe Iupanam omittere, quod non ingredereris, quam ut neges, te adorare Deum; et Dominum nostrum Iesum Christum cum Matre suo. Confirmatum igitur, et corroboratum plurimis verbis illum reliquit in loco suo. Apparuit daemone incluso rursus in loco suo. Apparuit daemone incluso rursus dicens: Quid est hoc pessime senex? Dico tibi, quia ut perurus in die iudicii iudicaberis. Respondit inclusus dicens: Scio quidem, quia iurasti, verumtamen Dominum, et creatorem meum adorabo, tibi autem non obediam; haec in Prato spirituali. Haec historiam, tamquam a Sophronio Archiepiscopo Hierosolymitano, in libro Pratt spiritualis descriptam, et totidem verbis legit Stephanus Monachus (*in Synodo 2. Nicena act. 4.*) et iterum (*act. 5.*)

Quam porro pia sit, quantaque imitatione digna eorum consuetudo, qui coram Deiparae imagine lampadem domi accendant, eorumque qui antequam domo pedem efferant, eorumque qui aliquod in eam Dei Genitricis, coram eius imagine, quam in cubiculo habent, commendare se solent, utrumque insigni Deipara ipsa miraculo, ex eodem Prato spirituali (*cap. 180.*) comprobabo, cuius historiam totidem hic verbis referemus: *Narravit nobis sanctissimus Dionysius presbyter sanctae Ecclesiae Ascitorum, et sacerum vasorum custos, de abbate Ioanne Anachoreta, dicens: Quasi vere magnus in generatione ista fuit, atque ad commendationem summorum apud Deum meritorum: hoc de ipso miraculum narrabat: In spelunca, inquit, morabatur senex in partibus villae, quae dicitur Sochos, viginti fere milliariis ab Hierusalem; habebat autem senex in spelunca imaginem immaculatae Dominae nostrae Dei Genitricis semper Virginis Mariae, in ulnis serenam Christum Dominum, et Salvatorem nostrum: quoties igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vastam solitudinem, sive Hierosolimam ad adorandum sanctam crucem, et venerabilia loca, vel in Sinai montem, orationis gratia, sive ad martyres distantes ab Hierosolymis, multis, prolixisque intervallis: erat enim senex martyrum reverentiae mirabiliter deditus: et nunc quidem pergebat Ephesum ad sanctum Ioannem, nunc autem Euchaitam ad sanctum Theodorum, nunc vero ad sanctam Theclam in Seleuciam Isauriae, nunc ad sanctum Theclum in Sarcophis, et modo ad istum, et modo ad illum sanctum refoctabat candellam, et accendebat, ut sibi consuetudo erat: et cum revertetur, accensam inveniebat candellam, quae ex divina virtute nondum tota consumpta erat. Deinde Edessae in Syria imago Virginis rursus sanctum Alexium in templo retroducti, eius nomen denuciavit, ut Brevarium Romanum narrat die 17. Iulii, et nunc Romae in eiusdem sancti Alezii aede, in marmoreo, ac sublimi tabernaculo, columnis quatuor subnixo, religiose asservatur. Sane de idolorum simulacris David cecinit (*Psal. 113.*): *Os habent, et non loquentur, oculos habent, et non videntur, aures habent, et non audient, manus habent, et**

non palpabant. At loquuta est imago, umbratilis divae Deiparae sancto Hyacintho Odovratiano, dicens: *Gaude tibi Hyacinthe, quia orationis tuae gratiae sunt filio meo, et quicquid per me ab eo petieris, impetrabis.* Aspexit oculus imaginis Mariae illum scelestum Anatholium, ut Nicephorus narrat, et se ab illo avertit. Audivit auris imaginis Marianae, monitum Bernardi, illa verba orationem: *Monstra te esse matrem.* et se esse matrem illi liquido lacte demonstravit. Manum dextram Marianam perdidit ille inter alios Gelba, qui imagine ipsius in porta Constantinopolitanae urbis visa, ulterius procedere nequivit, sed retroactus invisus vi, retrocedere coactus fuit. Pedes vero tam laetres illius imaginis habent, ut imago eius Laureta, in domo culta, et se, et domicilium Marianum non semel, neque in unum locum deportarit. Gutture portu eius vox laui est sonora et effluax, quam non est sonora vox tubae, ut etiam a moribundis, imo, et a mortuis audiant, et exaudiant; dabo duos testes: *Adolescentia quidam a Moravia in Polonia rediit, habuit obrius adversarios viarum, ab his spoliatus insuper, et vulneribus concisus, pro merito relictus est: in aliam silvam cum recessisset, ille quoque ad se rediit: reptans, ut potuit, apertis ad proximam pygmaem, in eo frigida lotis diebus dormivit absque cibo, et potu; noctibus fuit, qui miseretur, et ipse erat sine ulla obfusa. Vulnura autem interim habuit; et post trescenta elementaria in modum, tabo, diffuebat. Sabit tandem in mentem recordari dicitur Virginis Claronontanae: illam ergo precibus interpellavit, vellet sibi esse propitia, sanctitatemque venerabilis adberet. Obvultu interim somno profundissimo, in quo vidit quandam supra humanam speciem sibi appropinquantem, venerat abluentem, persuadentem, ecclesiarem obditerentem. Deinde anno Christi 1526. Iste a Libitina illustri matrona a Moravia, unicum filium habebat, fulcimentum extremum familiae, et sectae: is in juvenutis flore nuptus spes de se ostentans, concertit eas in moerorem: languet, agonizat, moritur: quid faciat mater? tota se in lamenta resolvit: et dum plorat, ab angelo somno cecidit, vitae melioris, originariam fontanam d. Virginem Claronontana orat, deinde adolescentis cadaver capulo inditum currui imponi, vehendum ad templum Deiparae: postquam facti ante adem divae Virginis Claronontanae, ille qui mortuus fuerat, quasi de gravi somno cecidisset, oculos aperuit, verba formocit, surrexit, processit, divam Virginem ante quam ceciderat, adoravit vicus, et rigens a tali ope.*

Nilhilominus tamen, licet argumentum a miraculis a Deo palatis, per imagines firmissimum sit ad evertendam haereticam eorum pravitaliam, qui imaginum cultum abnegant; illud tamen haereticis infirmare contendunt, dicens multa esse, per quae Deus miracula fecit, quae tamen non coluntur, et adorantur: nam Elisaeus per aquam Iordanis curavit lepram Naaman, Christus spolio curavit coecum, nec tamen adoramus aquam, vel sputum: quin etiam per homines malos aliquando facit Deus miracula, et tamen eos homines omni honore indignos iudicamus. Respondere, spectandum

esse finem miraculorum: id enim, quod miraculo confirmatur, Dei testimonium habet: nam Elisaeus, et Christus non adhibuerunt aquam, vel sputum in miraculis, ut aquam vel sputum honorarent, sed ut ostenderent, ille quidem esse propheta Dei; iste, se verum Dei Filium, Similiter homines mali non faciunt miracula, ut se, et vitam commendent, sed fidem: quare non ipsi, sed fides, quam praedicant, veneranda est. Deinde, falso supponitur sputum Christi non esse adorandum: ego Christi Dominum solum, ex divino illo ore emanantem, adorare non dubitarem, sicut, argues, et capillos, licet velat hominis excrementa habeantur. Miracula autem per imagines facta, ideo facta sunt, ut probarent, ac sanctificarent imaginum cultum. Nam, ear quoque ignis coelestis discerpit, statum Iuliani, nisi ut vindicarent iniuriam factam salute Christi? et eae ob imagine, ab Iudaeis confossa sanguis proditi, qui infirmos plurimos curavit, ut est apud Albanasium (lib. de pass. imag. Domi.), Gregorium Turonensem (de gloria Martyr. cap. 21), Ribegin. (in Chron. ann. 803), nisi ut ostenderet, se honorare illud, quod Iudaei contumelia afflicebant.

DE SACRIS PATRIBUS, AC VETUSTISSIMIS DOCTORIBUS.

Unanimis est in hac parte sanctorum Patrum consensus: quorum ut brevitate consulam, selectiora quaedam testimonia solum apponam. Divus Damascenus (lib. 3. orthod. fid. cap. 17) ait: *Quia nonnulli nobis exprobrant, quod adoramus, et veneramus, Salvatorem nostri, et reginam nostrae Deiparae imaginem, insuper, et reliquorum Sanctorum, et famulorum Christi, audiant, quod a principio Deus hominem ad suam imaginem fecerit. Cuius igitur gratia invicem adoramus, nisi quatenus ad imaginem Dei facti sumus? nam, ut inquit Deifer, et Magnus in divinis Basilien, inviginis honor ad eum, emplariter transfertur honorem: et infra: Quia non omnes literas norunt, neque lectioni incumbant, Patres nostri consenserunt, veluti quaedam trophaea, haec in imaginibus representare ad promptam memoriam: siquidem ob negligentiam frequenter cogitatione non tenentes passionem Christi, imaginem transfigurationis Christi, eidentes, in Salvatoris passionis memoriam redimus, et procidentes adoramus, non materiam, sed imagine representantem, ut neque materiam, ex qua scriptum est. Evangelium, sic neque crucis materiam adoramus, sed quod typo, figuraque exprimitur: nam quid refert cruce, a materia, si non habet Christi representationem? divus Albanasius (sermon. 3. contra Acr.) In imagine regia species regis, et forma appareret, et in rege imaginis species: sine enim anni discrepantia cultus regis in imagine expressus est, ut qui videt imaginem, videat in ea regem, et vicissim, qui regem intueatur, agnoscat illum ipsum eundem esse, qui in imagine reprae-*

sentatur. Ceterum, qui in ambobus nulla est dissimilitudo, qui post conspectam imaginem, veluti regem videret, hinc ad eum modum ita imaginem vere loqueretur: ego, et rex unum sumus: Ego enim in illo sum, ille et in me; et quod in me animadeertis, id quoque in eo animadeertis; et quod videris in illo, videris et in me. Qui igitur adorat imaginem, in illa adorat ipsius regem, quippe cum ipsa imago nihil aliud sit, quam regis forma, ac species. Damascus Papa (libr. Pontific. in vita Sivestri): Huius temporibus fecit Constantinus Augustus Basilicam istas, quas et ornavit. Basilicam Constantinianam, ubi posuit dona ista, fastigium argenteum, habens in fronte Salvatorem, sedentem in sella quinque pedum, pensantem libras centum viginti, et duodecim Apostolos habentes singuli quinos pedes, pensantes libras centum viginti, et duodecim Apostolos habentes singuli quinos pedes, pensantes libras centum viginti, et angelos quatuor ex argento in quibus pedibus, qui pensant singuli libras centum quinque, cum gemmis Arabandensis. Divus Gregorius (libro 7. indictio. 2. epist. 33. ad Seruandum): Imagines, quas tibi dirigendas per Daleicum diaconum rogasti, mitimus. Unde vultus tua postulatio placuit, quia illum foto corde, tota intentione diligis; eius imaginem praesens oculis habere desideras: et infra: Dum nobis ipsa pictura, quasi scriptura, ad memoriam filium Dei rediret, animum nostrum aut de resurrectione laetificat, aut de passione demulcet. Ideoque mireris tibi vitaras duas, imaginem Dei Salvatoris, et sanctae Dei Genitricis Mariae, hauriarumque Apostolorum Petri et Pauli: contentes per supradictum filium, Nicetas de Imperio Ioann. Comment. Illud insignem eius pietatem testatur, cum Romanae phalaenae, argenteis hostibus, et indiciis se infirmitibus, laborarent imaginem Dei Genitricis cum genibus, et miserabilibus gestibus interius lacrymas, bellis sudoribus calidiores fundebat, neque illi frustra: statim enim coelesti robore armatus, Scythiam aciem profregit, quemadmodum olim Moyses extensus manibus Amalechiticis turmas dissipavit: Paulus Diaconus (de gestis Longobardorum lib. 7. c. 14): Hinc tempestate Leo Imperator, apud Constantinopolim, sanctorum imagines depositas inveniit: Romano quoque Pontifici idem fecerit, si imperialem gratiam habere vellet, mandavit. Sed Pontifex, ut favore contempserit. Omnis quoque Ravennensis coeretur, et Venetiarum; talibus quibus ano animo restitit, et nisi eos Pontifex prohibuisset, imperatorem super se constituisse aggressi fuissent. Per idem tempus Leo Imperator ad peiora progressus est: ita ut expulset omnes Constantinopolim habitantes, tam ei, quam blandimentis, ut deponerentur, ut neque haberentur, imagines tam Salvatoris nostri, quam eius sanctae Genitricis, et omnium Sanctorum, easque in medio urbis conreparari fecit: et quia plerique ex populo tale scelus fieri praedicebant, aliquot ex eis capite truncati, alii alia parte corporis mutilati sunt. Cuius erroris Germanus patriarcha non consentiens, a propria sede depulsus est, et eius loco Anastasius presbyter ordinatus est. Ioannes Pa-

triarcha Hierosolymitanus (in vita S. Ioannis Damasceni): Ingressum universo Orbi nox horrida, atque profundae tenebrae, ita ut obscurarentur venerabilium imaginum praeteractae figurae, illarum auctor fuit, non a tricio aliquid, ac plebeis; qui in exigua tantum parte orbis multitudine suam disseminaret: sed vir ille, ut sic dicam, manu fines orbis complectens, Romanorum videlicet princeps. Is potentia inflatus, vi summa nitentur, ut ad unum venerandas imagines omnes et locis in omnibus demoliri possent. Et propter imaginum cultores partim dilaniari faciebat, sicut leo rapiens, et rugiens, vera tan animo, quam corpore leo, partim in diversa rugitu suo fugabat, atque adeo scierat, ut fidentium plerique in subterraneis speluncis sese occulerent; existimarentque tutius lenibus esse draconibus conerere, quam cum illo, illiusque familiaribus habitare. Nonnulli etiam metu perterriti, usque in extremos orbis terminos procurrerant: leo enim rugiet, et quis non formidabit? ab ipso, inquam, quasi a conspectu caligabit fugiebant. At Ioannes ille, non a leonina feritate, sed gratia, nonen sordibus, spiritualique gratia plenus, aduersus singularem hanc serpente stomachatori, et excedensere cepit: ita utem stomachabatur, ut recte et virtutem, et certum diceret stomachacionem, non ad Sarronatas cum Thraebus, neque ad columnas Herules cum Constantinopolitanis affugit, neque ad desertiva loca ex palatis transitit propter rugitum leonis: sed et cum resararetur Damasci, et cum monastice vitam solitarii Palaestinae loco exerceeret, strenuus et impavidius aduersus Leonem pugnavit. Quamvis autem ille strenuissimus moris athleta, tanto locorum interuallo abesset a tyranno, libris tamen et sermonibus corillius dissectabati veluti tricuspibus hastis, quas igne Spiritus sancti fabricabat, vitali aqua solitans. In eodem historia refert, quo modo ipsi Damasceno per beatam Virginem manus resilita sit, quam propter imaginum defensionem amiserat. Accedunt hinc sanctus Basilus (orat. in sanctum Barlaam), Gregorius Nyssenus (orat. in Theodor.), sanctus Augustinus (libro 1. de cons. Evang. cap. 10. et libro 22. contra Faustum cap. 73. et lib. 3. de Trinitate capite 10.), divus Ambrosius (libro de incarnationis Dominicae sacramento cap. 7. et oral. de obitu Theodosii), et alii quam plurimi Patres, quorum testimonia referi septima Synodus (actione 3. 4. et 5). Plura etiam concessit Divus Damascenus (oratione 3. de imaginibus).

Vernum quia haeretici referunt pro suerore divum Epiphanium (in epist. ad Ioan Hieros.), ubi ipse refert, quod ingressus quandam Ecclesiam, eum imaginem veio deieciam vidisset, statim illud scidisse, quod talis pictura contra divinum praecoptum existeret: opus est tantum doctorem ab hac columna vindicare: etenim divus Damascenus (orat. 1. de imag.) expresse tradit, partem illam extremam illius epist. non esse Epiphanium, sed ab aliquo haeretico suppositam, cuius rei variis coniecturas congerit Alanus (supra cap. 20). Tres vero aut quatuor sunt possimae. Prima est, quod in 6. Synodo (act. 6) duo testimonia Epiphani afferuntur, quibus abulchatur haeretici, qui

convicti sunt illa falso confinxisse, et Epiphania imponisse. Si autem in hac epistola Epiphaniae haec pars eo tempore legeretur, certe haereticis illam maxime urgerent: signum est ergo, eam partem non fuisse ab Epiphania scriptam, sed postea ab haereticis impostam: hanc enim esse haereticorum consuetudinem constat eadem septima Synodo (actione 38), ubi Macharius confessus est, se mutasse testimonia Sanctorum, et Adrianus in responsione ad Carolum, ostendit haereticos corrupisse epistolam Cyrilli ad Successum, et similia videri possunt in Eusebio (lib. 4. histor. cap. 25), Athanasio (epist. ad Serapion.), Nicolao etiam Papa (epist. ad Leonem). Secundo, ex contextu epistolae hoc non obscure colligitur: nam pars illa, in qua haec fabula continetur, extrema est totius epistolae, quae incipit ab illo §. Praeterea audiri quosdam, etc. ante quam particulam epistola est absoluta, et completa, ut patet ex ultima clausula: *Deus autem pacis det nobis iuxta suam clementiam, ut conteratur satanas, etc.* Tertio, Gregorius (libro 9. epist. 9) reprehendens Serenum, dicit nullum antiquorum Patrum usum esse imagines confringere, neque de illo hoc esse scriptum. Quarto, constat ex Chrysostomo, Basilio, Athanasio, Gregorio Nazianzeno, et Nysseno, et aliis Patribus Epiphaniae aequalibus, ea aetate usum imaginum in Ecclesia graeca, et universo Oriente frequentissimum fuisse. Qui ergo verisimile est novam et inusitam Epiphaniae visam esse? aut si haec contra Scripturam esse creditur, ut ibi dicitur, quomodo ceteros errores, atque haereses impugnavit, nusquam hunc usum reprehendit? addo tandem in illa epistola non salis explicari, cuius fuerit figura in illo linteo depicta, nec dicitur fuisse aliquis sancti. Unde fortasse contingere potuit, ut fuerit alicuius hominis profani, et notarunt cardinalis Bellarminus (de imag.), et ante illum Marius Victor (in schol. ad hanc epist.), quae habetur tomo 2. opera divi Hieronymi (epist. 60).

§. VIII.

A MULTIPLICI UTILITATE.

Sacrarum imaginum, et praecipue Christi Domini, et beatae Virginis pium, ac religiosum usum multiplex utilitas mirifice commendat: illa in primis nobilissima est, et experientia satis comprobata, quod cum aspiciuntur, devotionis igniculos, ac pios in voluntate excitant affectus. Unde Gregorius Patriarcha Alexandrinus, et Metaphrastes referunt, divum Chrysostomum Pauli effigiem cum intueretur, vehementer commoveri solitum, imo ipsemet Chrysostomus (in orat. quod ceter. et nov. Testament. idem sit auct.) haec verba scripsit: *Ego et ex cera fusilem picturam plenam adamavi: vidi enim angelum in imaginibus barbarorum nubes proflantem.* Beatus quoque Asterius Episcopus Amaseae, cum sanctae Euphemiae martyrium

in imagine expressum descripsisset, quomodo licior, arrepto virginis capite, et in tergum reflectens, dentes virginis malleo et cerebro exculeret, subdidit: *Sed lacrymas fundo: nam haec mihi passio vocem auferit, ut amplius loqui nequeam: nam tam exacte sanguinis guttas, ex ore defluentis, pictor expressit, ut uraveris a labiis profuere: quod quidem testimonium cum in sancta Synodo actione quarta relatum esset, clarissimi duces dixerunt ad picturam emphasim exprimendam, quod sanctus vir haec videns, compunctus est. Et Basilius Ancyranus Episcopus subdit: *Iste sanctus vir eisdem affectibus obnoxius fuit, quibus etiam Gregorius: ambo enim per imagines ad lacrymas acti sunt.* Sanctus Gregorius Nissenus (orat. de Deit. Fil. et Spir. sanct. et in Abr.) dicit: *Vidi saepe in scripturis imaginem, et sine lacrymis transire non potui, cum tam efficax pictura ob oculos poneret historiam. Procuemini enim ante aram Isaac genibus innixus circumductus ferens in tergo manus. Ille vero a tergo pueri innixum pedum curvamine, sinistram comam pueri apprehendit, ad se trahens. Declinat faciem ad puerum, miserabiliter infundens; dexteram autem gladio obarmatum gestat, quam etiam ad eundem dirigit, tamque gladii acies propemodum ipsum corpus attingit, cum illum divina vox a factio deterreret. Hoc autem testimonium cum in Synodo 7. Nicaeana esset recitatum, subdidit Theodorus Episcopus Cathanes. *Beatus Gregorius vigilantissimus ad divina ora, inspecta Abrahae historia fleat, quanto magis aspecta acononia Domini nostri Iesu Christi veri Dei ad lacrymas et utilitatem contemplantes, nos adhortabitur.* Basilius Ancyrae Episcopus: *Frequentem, inquit, beatus Pater historiam legit, sed obiter; postquam autem eam pictura expressam vidit, fleat.* Et patriarcha eidem concilio praesidens intulit: *Nonne et nos lacrymas fundemus, si Dominum et nos videremus cruci affixum? Sed ut picturae vis melius appareat, habet enim plus ad commovendum virum, quam oratio, licebit nos ex Gentilium scripturis exemplum afferre? scribit enim Appianus (in lib. 2. de civilib. bell.), quod interfecto Caesare, quidam ex eius amicis crudeliter interfectorum populo ostensus, ex lecto Caesaris, qui tum in foro positus erat, imaginem eius ex cera fabrefactam protulit, quae tres et viginti plagas vultui, et universo corpori ferio ritu impressas, atque patentes praesentabat: quomodo nimirum spectaculo maiorem in populo dolorem et iram concitavit, quam ulla vel oratione, vel actione potuisset. Huius vim exitus comprobavit: eo enim horrendo spectaculo viso, populus ita ira exardavit, ut contra Caesaris persecutores multa crudeliter tentarit inflixerique supplicia.***

Secunda utilitas est, quod imagines nullum deseruiant ad instruendum rudem, atque indoctam plebem, ut eleganter Damascus (loco suprae.) dixit: solet enim, ut recte dixit Gregorius Nyssenus (orat. de sanct. Theod.), etiam figura faciens in pariete loqui, maximeque procedere, et ut inquit divus Gregorius (lib. 7. epist. 109), pictura in Ecclesiis adhibetur, ut qui literas nesciunt, saltem in parietibus

videndo legant, quae legere in codicibus non valent: et divus Gregorius (lib. 9. epist. 9) inquit: *Quod legitibus scriptura, hoc et idiotis praestat pictura, quia in ipsis ignorantibus vident, quod sequi debent, in ipsa legunt, qui literas nesciunt.* Quibus consonant verba d. Damasceni (l. 4. cap. 17): *Quia non omnes literas norunt, neque lectioni incumbunt, Patres nostri consenserunt, haec imaginibus representari.* Consona etiam sunt alia venerabilis Bedae (l. 19. de templ. Salom.): *Imaginum aspectus multum compunctionis solent praestare contuentibus, et eis, qui literas ignorant, quasi vicam Dominicae historiae pandere lectionem.* Quapropter sicut historia honesta est in Ecclesia necessaria, ita et sanctorum imaginum usus: omnes enim historiae utilitates ad imagines accommodari posse, facile constat: quod non ignorans Plutarchus (de gloss. Athen.) inquit: *Pictores idem coloribus, et figuris exprimunt, quod scriptores verbis, et dictionibus.* Materia quidem, et modo imitationis differunt: utrisque non idem est finis propositus. Itaque optimus historiae scriptor habetur, qui narrationem personis, animoque movendo aptatis figuris, ita conformat, ut picturam referat. Nec quicquam refert haereticorum responso, dum aiunt, historias depictas instruere, secus tamen imagines solitarias: nam in primis imagines solitariae, ut a Christianis solitae sunt depingi, semper continent, quasi per compendium, aliquam historiam: nam cum pingitur Christus, semper pingitur, vel in forma pueri, vel in sinu matris, vel in forma viri alligati ad columnam, vel in cruce pendentis, vel resurgentis et tumulo, vel ascendens in coelum, etc. sic etiam Sancti semper cum insigni virtutis, vel passionis, vel potestatis pinguntur, Petrus cum clavibus, Laurentius cum craticula, Andreas cum cruce, etc. martyres omnes cum palma, Sancti omnes cum diademate. Ex quibus signis, seu instrumentis decemur quasi per compendium, quid illi, quos veneramus, egerint, quidve passi sint. Deinde etiam si solitariae omnino depinguntur huiusmodi imagines, valde utiles sunt ad confessionem catholicae fidei: dum enim honoramus imagines Sanctorum, testamur nobis placere eorum fidem, et doctrinam, et sanctos mores, et simul nos delestari omnem impietatem, et idololatram, contra quam ipsi usque ad mortem pugnaverunt; et tunc praecipue teslamur, nobis non placere novitates Lutheranorum, et Calvinistarum, dum id religiose veneramus, quod illi sacrilegi destruant.

Tertia utilitas est, quod imagines conservant in nobis memoriam Christi Domini, beatae Virginis, et Sanctorum, quorum recordatio non potest non utilis esse vel ad fovendam devotionem, vel ad illam acquiramam: unde in secundo Concilio Nicaeno (actione 4) haec verba legitur: *Sicut olim fimbriae assuebantur vestibus ad memoriam mandatorum Dei, ita et nullo magis et scripturis egressum, gloriae catastrophes videre licet.* Etenim sicut (Num. 15) recipiebantur fimbriae adhibere vestibus, quas, ut sacer Textus, ait: *Cum viderint, recordentur mandatorum Dei,* ita sane tam scripturae quam imagines in memoriam revocant exemplaria,

CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. III.

quae referunt praecleara gesta. Quod si contingat exemplaria non esse de nobis nota, ad scrutandum de illis provocat: ut enim dixit divus Germanus Episcopus, ut referunt in Synodo 3. imagines saltem sunt causa inquirendi, et vestigandi ab aliis.

Quarta utilitas imaginum est, quod ad amorem erga Christum Dominum, beatam Virginem, et reliquos Sanctos animum accendunt: qui enim diligit, libenter inspicit imaginem absentis amici, et inspicendo, magis inardescit. Hinc Severus Sulpitius, quia vehementissime s. Paulinum diligebat, nec tamen poterat apud eum semper esse, rogavit eum per litteras, ut imaginem suam ad vivum expressam ad se mitteret, cui modestissime se excusans respondit Paulinus (epist. 8. ad Sever.), se non dum habere perfectam imaginem secundi Adami, sed gerere adhuc primi Adami effigiem, et ideo nolle mittere. Et divus Gregorius (lib. 7. epist. 53), mittens Secundo imaginem Salvatoris, ait, se seire cum imaginem cupere, ut in amore ipsius Domini recalesceret: etenim Christus Dominus noster utilis artificio, ut amoris flammam in nos excitet: nam, ut recte dixit divus Dionysius Areopagita (de div. nom.), Christus amatoris nos prosequitur; hoc autem callidum est amantis artificium, ut varias induat formas, figurisque multiplices, ut facilius amatum ad sui amorem alliciat: acutus enim amor formas multiplices effingit, et ostendit:

Varias nam fingere pergit
Mille militi formas ingeniosus amor.

Ita Christus, ut sponsam Ecclesiam ad se immensa vi sui amoris alliciat, multiplices sui illi exhibet formas: in Deitate magnificentiam, in Humanitate pauperitatem, in Nativitate lugentem, in Transfiguratione fulgentem, in Passione lugentem, in Resurrectione iucundam: quod idem praestat ad amorem nostrum erga matrem suam in nobis conciliandum, nunc per imagines illam constituens ante oculos nostros assensum praebentem angelo, nunc Christum pannis involentem, nunc lac ad ubera propinquantem, nunc ad Aegyptum illum baiulantem, nunc cruci summo dolore adstantem, vel cerie in coelum assumptam, pro nobis intercedentem.

Quinta utilitas, eaque magni momenti, imaginum est, quod ad imitationem animos provocat: ut enim dixit divus Basilius (hom. in Bart.), res in bello fortiter gestas, tum eloquentes homines saepe numero, tum pictores expriment: illi sermone orantes, hi in tabulis delineantes, et pulchre multos ad fortitudinem excitant. Huius utilitatis meminit 7. Synodus, quod citatur in eadem Synodo (act. 4): refert impudicam foeminam, cum ad quandam evocata veniret, in ipso limine conspexisse imaginem Polemonis pudicissimi hominis, et inde confusam erubescisse, et poenitentia ductam, rediisse domum suam: contra vero, quod etiam in idem argumentum facit, Terentius (in Eun.) tradit, quod iuvenis quidam conspecta tabella, in qua pictus erat Iuppiter, stuprum in-

ferens Dianae, ad simile perpetrandum flagitium provocatus fuit. Sicut enim pravae et inhonestae imagines ad malum excitant, ita pia, et honestae ad bonum invitant, ut et his verbis elegantior prosiquitur divus Gregorius Nyssenus (*orat. ad Theod.*): *Pictor flores artis inducit: in imagine depictos fortia facta martyris, repugnantias, cruciatus, efforatas, et immanes tyrannorum formas, impetus violentos, flammam illam fornacem, beatissimam consumptionem Athletae, certaminum praesidis, Christi, humanas formae effugien, omnia verbis tanquam in libro quodam, qui linguarum interpretationes continet, coloribus artificiose depingens, certamina, atque labores martyris nobis expressit, ac tanquam pratum amaranum, et floridum, templum ornavit: solet enim etiam pictura tacens in oratione loqui, maximeque prodesse, iuxta illud Taciti (pictura poena), etc.*

Ultima utilitas est, quod per imagines Christo Domino, beatae Virgini, et Sanctis debitum honorem, et cultum exhibemus: est enim indubitatum, moris fuisse apud omnes nationes, ad honorem magnorum virorum, et insignium foeminarum status eis erigere, et consecrare, ut tradit Plinius (*lib. 35. histor. cap. 2*), et habetur in Codice Iustiniani, ubi titulus extat de status, et imaginibus insignium personarum. Unde Nicolaus Lyra (*in capit. 5. lib. 2. Reg.*) explicans verba illa: *Non ingredieris huc, nisi abstuleris coecos, et claudos*, refert ex Rabbi Salomone, hos coecos, et claudos esse duas imagines, quarum una representabat Isaac, qui paulo ante mortuus fuit coecus, ut habetur (*Gen. 27*), et alia Iacob, qui claudicabat ex luctu cum angelo, ut legitur (*Genes. 32*); et addit, quod Iebusaei, qui erant Ierusalem, descendentes de Abimelech, cum quo inil foedus, et iuramentum Abraham, ut habetur (*Genes. 14*): et ideo videntes posteri eius filios Abrahae crescentes, timerunt, ne aliquando velent eos invadere, et ideo opposuerunt praedictas duas imagines in parte superiori sui fortalium, et in ore cuiuslibet imaginis orat scriptum iuramentum Abrahae, quasi dicerent: posteri Abrahae non possunt hunc locum invadere: et secundum hoc dicitur coeci, et claudi, odientes animam David, in quantum reputabant eum transgressorem iuramenti Abrahae, et per consequens odibiles Isaac, et Iacob, quorum erant imagines. Ecce homines etiam ethnici tantum honorem tribuebant Sanctorum imaginibus, ut civitatem suam sufficienter muniant putarent duplici illa Patriarcharum effigie Isaac, et Iacob. Deinde Talisimaginem a Prothogene in Rhodiorum manibus depictam existisse legimus, ob cuius honorem Demetrius rex ab illius urbis incendio se contulit, quemadmodum Plutarchus (*in Demetrio*) refert in haec verba: *Demetrius obediens Rhodum, praecipue Rhodiorum peperit, imagine Talisii a Prothogene mira arte depicta. Et Plinius (lib. 11. cap. 38. eiusd. hist.): Non immemor, inquit, Rhodum non incendit rex Demetrius, expugnator cognominatus, ne Tabulam Prothogenis cremaret, a parte ea muri locatam. Ac tandem Semiramis Helenae, et aliarum in clytarum foeminarum status ad eorum hono-*

rem crexit. Unde Eusebius (*libro 6. de histor. cap. 14*) hanc praecipuum fuisse causam indicat, ob quam Christiani coopererit Sanctorum imagines desiderare, ut debiti honoris tributum penderent illis. Et licet ibidem dicat hunc usum ex Gentilium consuetudine natum, qui in testimonium excellentiae, et virtutis aliquorum praestantium virorum status, vel imagines eis erigebant; minime loquitur de aliqua Gentilium superstitione, ut scilicet adnotavit illustrissimus cardinalis Bellarminus (*lib. 2. de imag. cap. 10*), sed de naturali, ac proinde bona consuetudine, qua soliti erant, quos honore dignos indicabant, statuarum erectione celebrare; quamvis in eo postea graviter erraverint, sceleratis etiam hominibus, et falsis diis eas erigendo, in quo adeo decepti fuerunt, ut divus Augustinus (*lib. 6. de civit. cap. 9*) dicat, singulis hominum actionibus singulos deos falsos praefecerunt, et nomina cuique propria tribuerant; et Eusebius (*de praepar. Evang.*) narrat, tempore Hesiodi deorum multitudinem adeo crevisse, ut triginta millia commemorarentur: cuius tamen erroris in Ecclesia Christi nullum est periculum, cum, et unicum Deum profiteatur, et nullius imaginem adorandum proponat, nisi Apostolica Romani Pontificis trinita, tali veneratione digna habeatur.

Atque omnes imaginum utilitates a me commemoratas, compendio perstrinxit sacrum Concilium Tridentinum (*sess. 25. in decreto de invoc. vener. et reliq. Sanct. et sacris imagin.*), cuius verba haec sunt: *Illud diligenter doceant Episcopi per historias mysterium nostrae redemptionis picturis, vel aliis similitudinibus expressis erudiri, et confirmari populum in articulis fidei commemorandis, et assidue recollendis, tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi, non solum, quia admodum populus beneficiorum, et munerum, quae a Christo sibi collata sunt, sed etiam, quia Dei per sanctos miracula, et salutaria exempla oculis fidelium subiciuntur: ut pro his Deo gratias agant, ad sanctorumque imitationem vitam morisque suos componant, excitenturque ad adorandum, ac diligendum Deum, et ad pietatem colendam: si quis autem his decretis contraria docuerit, sit quis anathema sit.*

Ex quibus omnibus satis mihi insanire videtur quisquis sacrarum imaginum usum relegandum putat: etenim sicut omnino deum esset, qui mentis imagines tollerit, sine quibus nec ipsa mens divina quidquam cogitat, aut facit, cum illae virtutem habeant praesentandi, movendi, et cur trepidum assentientis, et iuvandi, praesentandi? nam et mens mentium summa absque mentis simulacro nec quidquam comprehendit, movendi pariter, et agendi. Nam et Deus cum ex vtero imaginem increatam efformasset, tunc primum inclinavit ab archetypo orbem, et orbis Principem collineare, iuvandi quoque potestatem ostendit. Nam ille, qui figura est Dei Patris, cum ipso erat cuncta componens. Non dissimiliter effrons quoque omnis esto, qui oculis obiectas imagines tollit, sine quibus nec ipse oculus sanctorum, quamdiu corpori concretus. Sunt illarum vicariae exhibentes, moventes, agentes,

et iuvantes: praesertim vero si huiusmodi virtutis divinae; ab his abentes, et nunquam vis cognoscimus: eis ad amorem, cultum, amulationem, accenditur, ab hisdem ad res praeclearae, vel secus gerendas excitantur. Haec naturali colorum temperie oculum recreantes, vel exorta, imaginativam, quam vocant, facultatem, concitant, qua mox, coloreque interius praesepulso, sed a visis reaccenso, qui inerat nocentes, digerant humores, virtute quadam medica praestantes. Quid quod animantia bruta ad aspectum imaginum commoveantur? Quid Baltri, Zeuxis, ad quos aves? quid equa, ad quam coniugis? quid Sindon Paribasi, quae ipsi imposuit Apelli?

Porro si ad diviniora assurgimus simulacra, in sacro tabernaculo cherubicae imagines ad cultum maiestatis exterebant. In stipe serpens deopulenti percussos ab ignitis persanabat. In templo Salomonis palmae caelatae ad virtutem aliolebant. In lemnis praetextarum Hebraicarum vitulae circummetinae, ad observationem decalogi praemonebant. In thyra Tetragrammaton praefulgens, ad reverentiam nominis praelucebat.

§. IX.

EX NERVOSIS RATIONIBUS.

Potuissem, hoc argumentum altius repetens, ad sanctissimae Triadis solum meditatione descendere, in qua fides docet, Patrem ita persimilem sibi genuisse Filium, ut divus Paulus (*ad Coloss. 1. et ad Hebraeos 1*), imaginem, et figuram Patris vocitaret: *Imago Dei invisibilis, et figura substantiae eius*: figura autem non mortua, ut a pictoribus fieri consuevit, sed viva. In ipso vita erat, ut ait Ioannes (*cap. 1*). Hanc autem sui imaginem proposuit Deus angelis adorandam, cum primum illos condidit, et cum postea carne illam induit, ut Apostolus testatur (*ad Hebr. 1*): *Et cum iterum introduxit primogenitum in orbem terrarum, dicit, et adoret eum omnes angeli eius*. Non solum autem Deus vivam, atque consubstantialem sui imaginem intra seipsum ab aeterno genuit, sed et in tempore ipsius Triadis similitudinem in homine impressit: *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram, (Genes. 1)*. Unde cum Deus perfectissimus sit omnium pictorum, et sculptorum; non potest non ars ad pingendum, et exculpendum bona esse, quod et illud satis confirmat (*Exod. 31. et 35*), quod Deus dedisse legitur duobus viris Beseleel, et Ooliab spiritum suum, sapientiam, et scientiam ad exculpendum, et cogitandum nulla pro fabrica tabernaculi. Tamem quia haereticis dicere potuissem, primam illam vberi divini imaginem veneratione dignam, quia increatam, secundam vero naturalem imaginem homini impressam, non mereri cultum religionis, sed civitem tantam, et pollicium. Tertiam tandem imaginum diversitatem, quam Beseleel, et Ooliab formavit ex exculpendi arte

divinitus eis infusa, non fuisse ordinatam ad hoc, ut imagines adorandas fabricaret, sed ut templum exornarent, ad efficaciones alias rationes non converto.

Primam desumo ex doctrina d. Augustini (*Epist. 203*), et divi Cyrilli (*Cateches. 12*), dam autem, hominem dignum esse veneratione, quia imago Dei est, et hoc enim aperte efficitur, imagines Christi, beatae Virginitis, et Sanctorum dignas esse venerationi propter participatam excellentiam Dei: nec infirmam hanc rationem, quod haereticus Magdenburgenses ex libro Carolino responderit, hominem non adorari, etiam si sit imago Dei religiose, sed tantum civilliter: hoc enim nihil refert, nam cum ratio, et causa, propter quam aliquid colitur, est res sacra, tum religiose honoratur, et non civilliter tantum: ergo cum imagines Sanctorum honorantur propter excellentiam sanctitatis illorum, vere etiam colantur religiose. Confirmat hanc rationem insignis fraus Iuliani Apostatae, quam describit Gregor. Nazianzenus (*orat. 1. in Iulianum*). Paulus Diaconus (*in vita Iuliani*), et alii. Erat in more positum, ut imagines imperatorum ab omnibus adorarentur, id quod etiam Christiani faciebant, quippe qui sciebant, solum civitem adorationem illam fuisse, qualem etiam ipsi imperatori, licet ethnici, deferrebant. Iulianus igitur, ut cogeret Christianos saltem per errorem adorare idola, iubebat suam imaginem ita depingi, ut simul pingere-tur Iupiter de coelo coronam, et purpuram imperatori deferens, pingere-tur etiam Mercurius, et Mars in imperatorem respicientes, ut eo modo indicaret, se sapientem, et fortem esse. Itaque se ipse inter Deos depictum proponebat, ut Christiani de more venerantes imaginem imperatoris, simul venerarentur imagines falsorum deorum. Monet autem Nazianzenus, huius venia dignos Christianos simpliciores, qui non advertentibus dolam, nec putabant se adorare aliud, quam regis imaginem.

Secunda ratio, nam Salomon ex divino praeccepto in templo fecit cherubin, et palmas, et maioranata, et in mari aeneo posuit duodecim boves, et in casibus laterum leones cum hobus, et tamen non ob id reprehensus dicitur: si ergo tunc licuit duodecim boves sculperere, cum magis esset de idololatria timendum, cur non licebit nunc duodecim Apostolos pingere, quorum illae figuram gerebat? Si licuit serpentem exaltari coram populo ad idololatriam prono, cur non licebit nunc Christum in cruce exaltatum depingere, et insculperere, ut ex illius imaginis aspectu reducamus ad memoriam immensa beneficia, quae generi humano, in cruce moriens nobis exhibuit? Si umbras licuit pingere, cur non licebit pingere corpus? Est igitur licitas imaginum usus.

Tertia ratio a contrario desumpta lumen rationis est nota: nam quidquid iniuriae capax est, etiam et honoris; imago autem capax est iniuriae, etenim Eusebius (*lib. 9. hist. cap. 10*) scribit, in dedecus Maximiani imaginis eius fuisse, vel deiectas, vel atris coloribus foedatas: legem de imaginibus Domitiani scribit Svetonius, Theodosius quoque optimus

alioqui, et pierrissimus princeps, cum Antiocheni imaginem uxoris eius deiecerit, ita iratus est, ut parum abfuerit, quia totam Antiochiam everterit: extant de hac re duae orationes Chrys. id est, secunda, et tertia ad populum Antiochenum, quibus deplorat scelus illud in Theodosium commissum. Vide etiam Theodoretum (lib. 5. cap. 19. *histor.*). Denique Iulianus apostata Christi statum non deiecit, nisi eo modo Christo iniuriam fieri credidisset; neque Deus Iuliani statum fulmine percussisset, nisi ab ea iniuriam accepisset, et nisi ad Iuliani contumeliam id pertinere visum esset. Addo, quod si idola gentium merito execramur, et confringimus, unde laudatus est valde Theodosius, quia teste Theodoretum (lib. 5. cap. 2. *histor.*), iusserit idola ubique destrui; at certe id non fit, nisi ratione significationis, quia sunt imagines falsorum deorum: igitur e contrario cum imagines sunt veri Dei Christi Domini, et Sanctorum, quae atque adeo res vere bonas, et sanctas significant, honorabiles sunt.

Quarum rationem desumo ex praemissis, quibus Deus cultores imaginum, et supplicis, quibus eorum impugatores afficit. Praemia commemorat Eusebius (lib. 7. cap. 14), Zonaras (in *vita Michaelis*), inelytus martyr Thomas Morus (lib. 2. *dialog.*), Arnoldus Habentius (in *sua histor.*), Ioann. Mascus (in *suo prato*), Carolus Sigonius (lib. 4. *de Regno Italiae*), Sophronius (lib. 17. cap. 5), Tilmanus Breden. (lib. 3. *sac. collat.* c. 19), divus Damascenus (orat. *de imag.*), Nicolaus Monachus Suesionensis (in *vita sancta Gofredi*), Canisius (lib. 5. *de b. Virgine*), Nicetas Chomara (in *annal.*), Platina (de *vitis Pontificum*), in *vita Benedicti Primi*, ac tandem Synodus 2. Nicaena. Supplicia autem imaginum oppugnatricum divinitus illata, referunt Palmerius (in *chron. ann.*), Canisius (lib. 5. c. 22), Sozomenus (lib. 5. cap. 20), Eutopius (lib. 21. *rerum Romanarum*), Lycosth. (lib. 14. *theatr.*), Surtius (in *vita sancti Alberti 7. die Augusti c. 24*), Theodorus Gresmundus Iurisconsultus (in *hist. violatae Crucis*), Serarius (Moguntiacarum rerum lib. 1. cap. 31), Bozius (de *notis Ecclesiae lib. 13. cap. 12*), Lyndanus (lib. 2. *de fuga idololorum cap. 1*), cardinalis Bellarminus (lib. 2. *de imag.*), tandem Damascenus (orat. 3. *de veneratione sanct. imag.*), et Concil. 2. Nicaenum (act. 4), per plura etiam in utroque genere, iam praemii, quam supplicii copiose congesti eruditus auctor Tympius (in *suo theatro historico titulo poenae Iconomachorum*, et titulo praemia liciti cultus imaginum). Cum igitur Deus non puniat, nisi turpe, nec remuneret, nisi quod honestum est, evidentissime consequitur, ex eo quod puniat oppugatores imaginum, et praemiet cultores earum, imaginum venerationem honestam esse, detestationem vero earum turpem.

Quintam iam adnecto rationem, quia daemon trucidatus humani generis hostis, infestio odio prosequitur est imagines sanctorum, et praecipue b. Virginis, quod evidentissimum argumentum est, gratum esse Deo illarum cultum. Trifariam autem illas persecutus est: primo pervertendo illarum usum, in idololatriam

illum convertens, ut Sapiens adnotavit (lib. Sap. cap. 4): *Haec fuit, inquit vitae humanae, deceptio, quoniam aut affectui, aut rebus deservientes homines incommunicabile nomen lapidibus, et lignis imposuerunt.* Quae deceptio adeo increbuit, ut ea etiam dementatus fuerit sapientissimus omnium Salomon, idolis cultum Dei reddens, ut adnotavit d. Augustinus (lib. 6. *de civ. Dei cap. 9*). Secundo persequitur fidellum animos ab eorum cultu avocando, ut patet ex Concilio 2. Nicaeno (act. 5), et ex Damasceno (orat. 1. et 2. *de imagin.*), ubi refertur historia illa supra tacta de daemone, qui promisit cuidam monacho non amplius illum tentaturum, si imaginem Deiparae, quam in cella habebat, a se abiceret. Vincentius Beluacensis (lib. 1. cap. 24) commemorat historiam illam, quae in ore omnium versatur, de pictore, cui moris erat b. Virginem pulcherrimam, daemoneum vero turpissime depingere: quod ille graviter ferens ex loco eminenti, in quo depingebat, fecit illum cadere; sed beata Virgo manum suam porrigens, illum sustinuit, et illaenam conservavit: idem etiam auctor (lib. 2. cap. 16) narrat de quodam monacho nomine Hieronymo, cui singularis erat cura depingendi b. Virginem maiori, qua poterat, pulchritudine: hunc daemoneum adeo persecutus est, ut speciem pulchrae foeminae assumens, ad libidinem cum provocans, a conventu fugere persuaderet, pretiosiori Ecclesiae suspectituli arrepta. Postea vero ligavit eum ad columnam eiusdem conventus, a qua Deipara Virgo illum salvavit; et loco eius daemoneum substituit, in eadem forma, qua monachum depererat: ad quod spectaculum assurgens Fratres a somno cum viderent, accerrime ab eis vulpavit. Tertio tandem diabolus imagines persequitur pictores instigans profane, et lascive illas depingere, ut sic non ad devotionem, sed ad libidinem potius provocent: itaque esse affirmant, et proprium imaginum usum in obliquas vias trahit, et quasi cum pictore agit, ut dum Christum pingit, Apollinem pingat, et dam Virginem, ad Magdalenam efformat, Venerem ante oculos ponat, esse lasciviores facies adhibens, quos turpioris foeminae vultus, aut histrionis os vix ferret; et quod valde execrandum est, simulatione alicuius sanctae virginis concubinae imaginem proponat. Quam execrandum abusum praevocare cupiens sacrum Concilium Trident. (sess. 25), dixit: *Omnia porro superstitio in Sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione, et imaginum sacro usu tollatur, omnis turpis quaestus eliminetur, omnis denique lascivia vitetur: ita ut prociac venustate imagines non pingantur, nec ornentur; et subiungit: Nihil profanum, nihil inhonestum appareat. Nec mirum, sacrum Concilium divino Spiritu afflatum id monuisse, cum et Aristoteles solo rationis lumine illustratus (7. Polit. cap. 17) dixerit: Magistratus publicus cavere debet, nec id imaginum sit in ciuitate, quod admonet turpitudinis.*

Ad extremum sextam, tamque effecissimam rationem indico ad imaginum cultum fovendum, quae ab improbitate illas oppugnatum, et pietate cultam earum laentium desumitur;

nani oppugatores fuerant omnes aut Iudaei, aut Samaritani, aut Mahometani, aut Neocromantici, aut manifeste haeretici, ut constat ex relatis (supra §. 1), et tradit cardinalis Bellarminus (lib. 2. *de imagin.*); hos autem impios esse, nemo catholicus inficiari potest: defensores autem imaginum fuerunt sancti, ac perdocti viri, ut summi Pontifices Gregor. et Adrianus, Germanus, et Tharasius Episcopi Constantinopolitani, Damascenus, Methodius, Leonius, Paulus Diaconus, et Patres omnes 2. Concilii Nicaeni, et reliquorum omnium, quos in discursu huius homiliae non semel retulimus. Quis autem non videat incredibile penitus esse, voluisse Deum optimum maximum per hostes suos potius, quam per amicos Ecclesiam suam circa imaginum usum, vel abusum docere et insinuare? Ad extremum, quae hucusque adduximus de religioso usu imaginum Christi Domini, Deiparae, et Sanctorum, locum etiam habere putamus de imaginibus Dei. Scio perperas haereticos, praecipue tamen Calvinum (lib. 5. *insti. cap. 11*), nefas esse arbitrari, imaginem Dei fabricare, tum quia id expresse ipse prohibet (Isa. 40) dicens: *Cui similem fecistis Deum, aut qualem imaginem ponitis ei?* tum quia in 7. Synodo (act. 3) dicitur: *Invisibilis esse, nec depingi, nec figurari se permittit;* tum ex d. Damasceno (lib. 3. cap. 17) asserente: *Extremae demeritiae est velle depingere Deum;* cui consonant verba d. Augustini (lib. 4. *de civit. cap. 21*), ex sententia Varronis dicentis: *Naturali lumine cognosci Deum sine simulaculo esse colendum;* tum tandem ratione, quia Deus in se unus spiritus est, omni figura, et corpore carens: ergo omnino impossibile est per corpoream imaginem figurari. Qua ratione ducti Durandus (in 3. *dist. 9. q. 2. ad 4*), Abulensis (in *cap. 4. Deuter. quaest. 5*), fatuum esse affirmant, imagines Trinitatis facere, aut venerari. Sed haec omnia facile evanescent, si attendamus, bifariam posse imaginem Dei pingi: primo modo ad representandum illum, prout in se est, vel secundum propriam, ac formalem similitudinem, et hoc nec possibile est depingi, ut unanimi consensu testantur sancti Patres, d. Damascenus (lib. 3. cap. 16. et orat. 1. *de imag.*), referentes ad id Dionysium, Gregorium Nazianzenum, d. Clementem Alexandrin. (lib. 1. *stromat. circa princ. et lib. 6. circa finem*), Gregorium Papam (epist. ad German.), d. Augustinum (lib. 4. *de civ. c. 1*), Hieron. (epist. 1. ad Ioann.), Theodorum patriarcham Hierosolymitanum (in *ep. Synod.*), quae habetur 7. Synodo (act. 3). Idque solum convincit, quod nuper adduximus per sententia Calvini. Secundo modo potest imago Dei depingi ad praesentandum illum secundum quandam metaphoram, aut proportionem, seu sub aliqua specie, aut figura, in qua interdum in Scriptura sacra apparuisse dicitur: et hac ratione licitum, et honestum esse usum imaginum Dei, sicut et angelorum, satis probat consuetudo Ecclesiae Romanae, quae illas admittit, imo in 7. Synodo (act. 5) circa medium, Spiritus sancti imago sub specie columbae approbatur, unde moris fuit olim, ut constat ex 5. Synodo (act. 1), aureas, et argenteas columbas ad

representandum Spiritum sanctum, qui sub hac forma apparere dignatus fuerat, super divina lavacra, et altaria appendi. Refert autem Amphilochius, Basilium Magnum solum fuisse Eucharistiam in eiusmodi cultibus asservare G. etiam Synodus (canon. 82). Ratio tandem id ipsum manifeste confirmat: quia sacra Scriptura saepe loquitur de Deo per metaphoram nominibus rerum sensibilium, quia nos solum per analogiam ad res sensibiles illum concipimus: et ideo etiam Deus saepe apparuit sub forma sensibili; apparuit tanquam homo deambulans in paradiso ad auram post meridiem (Gen. 3) Iacob vidit Deum innoxium summalti scalae, et proinde forma corporea, (Genes. 28); Moyses vidit posteriora Dei: id est, terga, et humeros, (Exod. 33); Isais (cap. 6); Michaelis (3. Reg. ult.), viderant Dominum sedentem in solio ad formam hominis regis; et Amos (cap. 9) vidit Dominum stantem super altare.

Quid plura? Verbum caro factum est. Et Spiritus sanctus apparuit sub specie columbae (Ioa. 1), et Pater sub specie Senis (Dan. 7), ut explicat Augustinus (lib. 2. *de Trinit. cap. ult.*), et ibi caput, et capillos eius canos et vestimenta eius alba describit, et (Genes. 18) Trinitas representata fuit, quando Abraham Tres vidit, et unum adoravit, ut (eod. l. 2) August. exponit (c. 11). Ergo eadem ratione potest Deus metaphorice depingi: sicut depinguntur etiam quatuor Evangelistae sub speciebus quatuor animalium, sub quibus in Scriptura sacra representantur, vel sicut virtutes etiam solent metaphorice depingi. Illud tamen circa omnes imagines adorandi Catholicis etiam rudiibus, et ignorantibus tradamus, et haereticorum demeritum, qui arbitrantur, in imaginum adoratione idololatriam latere, evidentem convincamus: illud autem est, imagines adorandas esse, non ut in illis sistat adoratio, sed quod transeat ad prototypum; ita ut affectus non terminetur in ipsam figuram praecise, sed in eam, ut incidentem exemplar, ad quod refertur. Itaque proponendum est populo christiano imaginem, non ut divinam ab exemplari, sed ut coniunctam adorari debere: ita expresse docent Concilia, Patres, et ratio ipsa. Ex singulis his aliquid attingam, copiosiorum huius tractationem scholasticis nostris disputationibus relinquens. In primis Concilium Tridentinum plane hanc doctrinam docet (sess. 25) decreto de sacris imaginibus: ubi postquam docuerat imaginibus honorem esse exhibendum, non quia in eis aliqua inesset virtus, subdit rationem: *Quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quae illas representant, ut per imagines, quas osculamur, et coram quibus caput aperimus, et procumbimus, Christum adoremus, et sanctos, quorum illas similitudinem gerunt. Quod idem expresse docet 7. Synodus (act. 7. in *defin. fd.*), nec non Concilium Senones. (cap. 14) huius doctrinae subscribens: D. Basilus (lib. de Spir. sancto ad Amphil. c. 18) ait: *Quia rex dicitur regis imago, et non duo reges, nec enim imperium scinditur, nec gloria dividitur; quemadmodum principatus, et potestas una est, quae nobis dominatur, sic etiam et glorificatio a nobis una est,**

et non multae, propterea quod imaginis honor ad exemplar transit. Quae verba refert divus Damasc. (3. de fide). Ecce hi Patres ex divisione adorationis divisiones inferunt imperii, et excellentiae; e contra vero ex individua excellentia et imperio individuum adorationem colligunt: idque optima quidem ratione, quia excellentia est in eo, cui adoratio refertur; divisa autem ratio excellentiae ab exemplari, cum non maneat aliqua excellentia in eo, cum totam mutet adaequate ab exemplari, adorari non poterit, absque vitio idololatriae. Addo tandem fundamentalem rationem ex natura ipsiusmet adorationis petitam. Nulla res inanimata divisa, et separata a rationali capax est ex se adorationis; nam cum per adorationem submittat se adorans alicui excellenti, et sibi superiori, inanimatae vero rei nemo sanae mentis se submittit, aut servitium desert. At si imago dividatur ab exemplari, ita ut non apprehendatur cum illo, est res quaedam inanimata irrationalis; ergo manifeste efficitur, necessarium esse ad hoc, ut illi adoratio deferatur, apprehendi simul cum exemplari: imo cum imago non alia ratione colatur, nisi propter habitudinem ad exemplar, qua sublata, necesse est rationem imaginis penitus auferri; implicatio contradictionis est, nisi quis idololatriae serviat, adorare imaginem divisam ab exemplari; et hoc sane est, quod Aristoteles (lib. de uen. et rein. cap. 2) docuit cum dixit: Idem est motus in imaginem, et in rem, cuius est imago. Ex quo evidenter sequitur, ut colligit divus Thomas (3. part. q. 25. art. 3. 4. et 5) eandem esse adorationis motum in imaginem Virginis depictam, et exemplar eius; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Potissimum medium ut obtineant devotionem Virginis, et conciliandam nobis eius amorem, virtutum illius imitationem esse ex doctrina sanctorum Patrum palam fit.

Neminem ignoret arbitror magni momenti igniculum esse ad amorem virtutis in nobis excitandam sanctorum hominum exempla. Etenim licet Deus Opt. Max. possit nos per seipsum erudire, tamen nostrae imbecillitati se sapienter accommodans non tantum verbis, et inspirationibus internis, sed etiam sanctorum exemplis cupit nos ad perfectionem impellere: quare, qui illa, ut sequatur despicit, quasi aures mentis divinis sermonibus claudit: etenim sanctorum vita sermo Dei est, vivus; et efficax sermo penetrabilior omni gladio accipiti, sermo satis palens, apertus, quo veram virtutem pandunt, et perfectionis semitas ante oculos ponunt, ut non obscure mihi significari videtur per illud (Apocalyp. 20.) ubi libri vocantur vitae iustorum: Et libri aperti sunt,

quoniam in illis legimus non tantum, quod sciamus, sed quod opere complere et imitari debeamus; unde et ubera sponsae, quae populos designant (Cant. 4.) comparantur duobus humulis capreae gemellis, qui pascutur in lilis: id est, in viris sanctis, qui hoc in saeculo fuerunt velut lilia inter spinas. Quod si sanctorum exempla imitari par est, quanto maiori studio imitanda nobis erit Deipara Virgo? etenim alii sancti singuli in singulis virtutibus florent, iuxta illud, quod canit Ecclesia: Non est inventus similis illi, qui conservaret legem caelesti; beata autem Virgo in omnibus virtutibus mirifice emicuit, in quibus herosa illorum exempla nobis reliquit, ut observavit angelicus doctor sanct. Thomas (opusc. 8) dicens: Alii sancti speculata quaedam opera virtutum excrucerunt, quia alius fuit humilis, alius castus, alio ipsi dantur in exemplum speculatum virtutum; sed b. Virgo in exemplum omnium: unde Sophronius (serm. de assumpt.) inquit: B. Dei Genitricem si diligenter inspicis, nihil est virtutis, nihil speciositatis, nihil candoris, gloriaeque quod ex ea respiciatur; et, idcirco bene circumdant eam flores rosarum, et lilia corvullum, ut virtutes virtutum fulciantur, et formositas decore castitatis augeatur. Sed nullo antea uberrimam virtutum copiam, quibus b. Virgo praefulsit, antiquissimus Ignatius (in epist. ad S. Ioan. Apost.) pie, et sapienter per haec verba descripsit: Et quidem notificaverit, eandem Matrem Dei omnium gratiarum esse abundantem, et omnium virtutum more Virginis foecundam, quae ut dicunt in persecutionibus et afflictionibus est hilaris, in penuris, et indigentibus non querula, in invidiantibus grata, et modesta, in re laeta miseris, et afflictis condoleat coaffecta, et subvenire non pigrescit: contra vitiorum autem pestiferos confectus in pugna fidei disceptans evitescit: nostrae novae religionis, et poenitentiae est magistra, et apud fideles omnium operum pietatis ministra: humilibus quidem est devota, et decolis devotius humiliatur; et mire ab omnibus magnificatur; et infra: Sicut nobis a fide dignis narratur, in Maria Matre Iesu humanae naturae, naturae sanctitatis angelicae sociatur; haec Ignatius.

Deinde in eo manifeste innolescit, quanto utilius nobis sit, b. Virginem, quam reliquos omnes divos in vivum exemplar ad imitandum nobis ante oculos proponere, quod alii Sancti, quantumvis insigoes sanctitatis magistri, non potuerant in hac vita omnem peccati contaginem, et labem evadere. Quare si vestigia omnia vitae illorum sequi volumus, nonnullis sordidari necesse erit, cum a sordibus ipsi non fuerint alieni; unde divus Paulus modestissime de se loquens, non dixit absolute (1. Corinth. 14.) Imitatores mei estote; sed continuo subiungit: Sicut et ego Christi; ac si diceret, quia ego homo sum, et licet aliquum Apostolum, et primitias Spiritus sancti, nonnullis imperfectionibus, et peccatis venialibus inficior: ut enim ipse dixit, quod odii malum, hoc facio; solim a vobis imitandus sum, quatenus ego Christum imitor: nam si quis est, in quo a Christo vel minimum deviem, in hoc nullatenus postulo ab hominibus imitari. Secus au-

tem contigit in b. Virgine: nam cum ab instanti suae Conceptionis, et per totam vitae suae curriculum immaculata semper extiterit, et ab omni prorsus peccati, cum venialis labore, imo et ab omni cuiuscumque minimae imperfectionis pulvisculo omnino immutata, nulla certe in ceuismunere Mariae actionis imitationem peccati labes irrepere poterit. Quod si re ipsa irrepperit illa, non ab ipso exemplari manabit, sed a nostra imbecillitate, aut malitia procedet.

Porro multifariam, multisque modis in sacris eloquiis, et sanctis Patribus reperio b. Virginem nobis propositam exemplar, ad cuius imitationem incompositos nostros mores componamus: etenim (Esther c. 13) Virginem in caelum ascendentem, in regina Esther egregie adumbratam video, cui duae familiae obsequabantur, super quarum unam iniebat, altera vero sequebatur, defluentia in humum vestimenta colligens: illa significat angelicam naturam, super angelos enim innititur in caelo, familiarissime cum illis agendo; natura vero humana est familia, quae Dominam suam Mariam sequitur in mundo, eius vestimenta colligens, hoc est, virtutes, et exempla, quibus velut pretiosissimis vestibus induebatur: in figura etiam intueor Deiparam Virginem, nobis in exemptum propositam ab Isaia (c. 51.) cum nobis dixit: Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saran, quae peperit eos, hoc est, defigite oculos in veterem Patrum vestrorum fidem, obedientiam, ceterisque eximias eorum virtutes, alque etiam in remunerationem, quam a Deo receperunt, idque eo fine, ut et vos eorum insistatis vestigiis, et similem cum iis remunerationem oblineatis: quod tunc autem in figura dictum est, idem nobis Spiritus sanctus nunc clare, et aperte praedical: attendite ad Christum Patrem vestrum, qui mortem occumbens in cruce, per gratiam vos in filios suos genuit: considerate diligenter eius exemplum, ut imitari possitis, quemadmodum monet Apost. Petrus (1. Pet. 2): Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Attendite ad immaculatam Virginem Mariam mundi Dominam in Sara matre vestra praesignificatam: considerate sedulo eius exemplum, ut cum imitemini: Memento, ait b. Paulus (Hebr. 13.) praepositorum vestrorum, qui nobis loquuti sunt verbum Dei, quorum influentes exilium conversantibus, imitandi sunt. Praepositi illi, quos imitandos proponit b. Paulus; fuerunt Apostoli, virgine Apostolice: ad quorum imitationem si nos excitat, multo acius nos invitat ad imitandum praudentissimam Virginem, ipsorum animarum apostolicae vitae exemplar, et perfectissimum apostolicae vitae exemplar. Ad quod respiciens s. Methodius (in hypopand.) b. Virginem vocavit, fideliorem saeculo: nam sicut fax accensa, non tantum ardet in se, sed aliis lucem praebet; Ita Deipara Virgo non tantum charitatis igne in se sagrabat, sed et exempli fulgore semper aliis praetaxit: unde d. Bonav. (in specul. b. Virg. c. 3) dixit: Maria est illuminatrix plurimorum per exempla lucidissimae vitae suae: ipsa est, cuius vita gloriosa

lucem dedit saeculo: ipsa est, cuius vita inclat cunctas illustrat Ecclesiae: ipsa enim est lucerna Ecclesiae, ad hoc illuminata a Deo, ut per ipsam contra tenebras mundi illuminaretur Ecclesia. Oret ergo Ecclesia, oret factis anima, et dicat: quoniam tu illumina lucernam meam, Domine Deus meus, illumina tenebras meas: hanc vero lucernam Dominus illuminavit plenissime, et per hanc illuminationem tenebras animarum nostrarum fugat, et fugavit: hoc bene sentiens Bernardus, ait: O Maria, tu virtutum tibi inditarum magnificis exemplis ad imitationem tuos nos provocas, sique noctem nostram illuminas. Qui enim vias tuas consecutus fuerit, non ambulat in tenebris, sed habet lucem vitae; haec enim ille.

Ac tandem verba illa (Ezech. 14) mystice intellecta, non obscure mihi ob oculos ponunt, b. Virginem, tanquam exemplar, inspicendum esse, tum ut confundamur, tum, ut omnem iniquitatem longe a nobis abiciamus: Fili hominis, ait Dominus ad Ezechielem ostendens mundi illuminatum, ut confundantur ab iniquitatibus suis, et mittantur fabricae, et erubescant ex omnibus quas fecerunt. Equidem b. Virginem per templum aple adeo significari censuit d. Antonius, ut postquam (3. par. lit. 31. c. 4. §. 2) copiose id ostendisset, pulchre etiam, quae in templo erant, eius virtutibus in haec verba accommodat: Abundantia gratiae, et virtutum Deiparae, in templo ipso figurata sunt: nam in medio eius, in loco, qui dicitur sancta, erat ex uno latere mens aurea cum duodecim panibus propositionis, ex alio latere aureum thymianatis, et thuribulum aureum, ac etiam candelabrum aureum cum septem lucernis, velum quoque quod dicebatur sancta Sanctorum quadricolor, sic in templo mentis virginalis fuit mensa fidei perfectissimae duodecim articulo rum designatorum per panes fuit, et altare aureum summae dilectionis cum thuribulo speciali, unde fumus aromaticus, id est, devotissimarum orationum, et contemplationum ascendebat ad coelum: candelabrum quoque gratiae septem donorum Spiritus sancti, virtutes quoque cardinales designatas per velum quatuor colorum, secundum Magistram (in 3. sent.) utique fuerunt prudentia, fortitudo, iustitia, et temperantia; haec s. Antonius. Cum ergo b. Virgo sit templum animatum, in quo Deus non solum spiritualiter per gratiae, et virtutum charismata, sed corporaliter homo factus desivit, certe cum Ezechiele praecipitur respicere ad templum, ut confundamur, et erubescamus: congrue satis intelligimus, et moneri ad Mariam respicere? cuius heroica virtutum exempla inlentes, necesse est verecundiae robore suffundi, et ad eam imitandum vehementer excitari.

Ceterum ut ad Patres me convertam, idipsum disertis verbis tradidisse comperio divum Hieronymum (epist. 22. ad Eustoch.) dicentem: Nos meliorum exempla sectemur: propono tibi beatam Mariam, quae tanta extitit puritatis, ut Mater Domini esse mereretur. Divus Bonaventura (in simul. divin. amor. cap. 7) ita loquitur: Ipsam Matrem Dei et peccatorum, tanquam bonus et devotus filius, in omnibus pro posse studeas imitari: tum enim proculdubio te sibi tanquam Matrī veraciter caribis, et ipsa te tan-